

Ed. 40, II

(X 190 5682)

Vc  
2522

Q. D. P. E. V.

Ad

*Tripudiantis*

# EUROPÆ

Hilaria,

ex

Auspicatissima,

*Domum*



Brandenburgicæ & Saxonicæ,

in

CHRISTIANI ERNESTI ERDMUT SOPHIÆ,

Tædis

FELICITER

facta Conjunctione,

ex orbe

&

Cras, D. D. hora

Dramate quodam mixto

delineanda,

Urbis FREIBERGÆ

Præsulem Eminentissimum

Consulem Nobil. & Prudentissimum

Coeterosq;

Eusebiæ, Astrææ, Hygiæ, Sophiæ,

Atlantes, Cultores,

câ quâ par est, submissione

invitat

M. Andreas Beyer, Con-Rect.

Lycæi ibid.


-----

*Stanno Bentberiano.*



B. C. D

L. B. ταχάματ. πρδ.α.

 Vos superiores dies, dierum hujus ævi Principes, populis amores atq; letitias, quæ seculo decora, quas cælo delicias conciliaverint, in omnium adhuc ore atq; oculis esse existimo; Neq; enim mihi persuadere possum, ullum esse ex hominum cœtu in vasto hujus universi theatro, qui non observaverit scintillantes istorum duorum Jubarum Faces Conjugales, lucem liquidam & serenam in omnes mundi regiones atq; terrarum angulos diffundentem, non agros minus quam urbes exhilarantem, summos cum infimis pari benignitate permulcentem. Tenuit omnino & adhuc tenet orbem, quod neminem, nisi qui extra eundem vivit, fugit, gratissimus stupor ad has siderum Luces emergentes, quibus propius nunc cognitis tantus gaudij impetus omnes omnium mox pertentavit sinus animi, ut Ipsa Terrarum Princeps Europa excita suis sedibus non solum in spectaculum publicæ hujus felicitatis exorta, oculos, aures, animosq; intenderet, sed & filios suos (Germanum, Danum, Gallum, &c.) in quibus aliqua honestarum rerum atq; bonarum scientia aut cura inest, ut illis de invicem in hac radiorum Conjunctione atq; permistione consecuta felicitate gratularentur vel testarentur, quam jucunda atq; jamdudum exoptata sibi auspiciatissimi hujus fœderis pactio fuerit, mitteret; nullâ aliâ de causa, quam quod auguriis inde conceptis ebria, plura suæ salutis futura munimenta atq; incrementa sibi speraret. Sive enim mentis oculos reflecteret in Celsissimi Sponsi, sive in Serenissimæ Sponsæ, familias ubiq; pietatis, religionis, probitatis, sapientiæ, justitiæ, fortitudinis, bonitatis, humanitatis & omnium virtutum genuinæ effigies occurrebant, quas omnes in hoc Principum recens-nuptorum Biga à summo Principalium geniorum Architecto accuratissime & ad vivum expressas, Sed magni aliquid posteritati spondentes cognoscebat.

Illuc quidem videre erat, ut ad mirata esset Germania nostra in Alberto Magno ex Brandeburgico Stemmate, ob præclare-patrata facinora alterum Achillem, in Johanne ob Eloquentiæ amplissimas opes, Ciceronem, in aliis ob alias virtutes alium quendam prisce ævi Semnonem; Istic ut immortalitatis assertores è Magni Witekindi Stirpe  
exqui-

exquisitissimis meritissimisque laudibus ornarint, Heinricum Illustrerem  
atque Munificum, Fridericum Admorsum, Fridericum Gravem, Fri-  
dericum Bellicosum, Albertum imperii dexteram, sive Rolandum,  
Fridericum Sapientem, Joannem & Joannem Fridericum Constan-  
tes, Mauritium hostium terrorem, Augustum Religionis Tutorem,  
Jan-Georgium primum, cujus & secundi, hodie, utinam & perpetuo  
imperantis, Magnanimitatem vidit aetas, excepit fama, servabit aeternitas;  
sed hic in hoc Principum Pare, tanquam compendio priscarum  
virtutum istorum omnium indolem traductam, & ceu cumulata utriusque  
toto orbe laudatissima familia decora in unam consummati Exempli formam  
congregatam deosculari ipsi licebat. Hinc in magnam surgebat spes de  
peculiari aliquo felicitatis humanae complemento ex hoc Perfectionum  
mixture, pro venturo, quam tanta mox gaudiorum opimitates obruebant,  
ut ne ad unguem latum summae caeli letitiae, quam Serenitate continuata  
luculenter testatum est, cedere videretur. Quae omnia eminus adspici-  
ens egregiam putavi discipulis nostris dare posse sese in stylo exercendi an-  
sam, quare Autor ipsis extiti, ut vires quidam eorundem in his periclitari-  
rentur, & materiam inter se ita dispecerent, ut alius gratulationem Ger-  
maniae, alius Daniae, alius Galliae, &c. susciperent, & quae possent, diligentia  
singulorum populorum exprimerent devotionem. Quos cum his occupa-  
tos scirem, alios aliis non tamen ab hac materia alienis, (prout Sylloge mox  
subnectenda indicabit,) occupavi, ex quorum occupationibus id obtentum  
est, ut si non Comedia, drama tamen aliquod mixtum inde provenerit,  
Comediae haec dissimile, quod intra privatos meos Lares in meo Museo  
non decenti quidem, quae vellent & deberent, quamque dignitas Persona-  
rum, quarum vices sustinent, postularet, sed quae possunt verborum &  
vestium pompa, in levi hanc in rem extructo theatro, acturi sunt. Rogo  
itaque omnes, quibus honestissima literarum studia cura cordique sunt, prout  
cujusque dignitas capit, demisse, reverenter, officiose, ut die horaque, in fron-  
tispicio expressis, aedes nostras concedere, nostros nostrorumque discipulorum  
conatus blandiori praesentia atque favoris apertitate roborare haud dedi-  
gnentur. Elegimus tempus nullius, ut reor, neque Scholae curis inidoneum,  
Martinalia scilicet & quae cum istis sociantur, Nundinalia, de quibus  
quandoque vano Spermologo horam largiri non abhorremus. Quo beneficio,  
si quis

10 25 27 94  
si quis nos beabit, n. iste sibi me, bosq; Actores, ilico devinciet, quod praesentibus promitto meo & ipsorum nomine tunc-prodeuntium  
hoc fere ordine:

Premisso favoris parario Sebastian Gottfried/ Friderici Starcken/ Fil. sequentur,  
Personas atq; munia sustinentes, nominibus ipsorum adscripta.

Christian Ludwig Starcke/ Luneburgâ Saxo, Cupidinis, aureâ catenâ, Par Novellorum Summorum Conjugum producentis & Maenij Carminis alite suas fasces jactantis;

Christian Werner/ Er. M. Sponsi } Principis } Heroico carmine Cupidinis dicta approbantium, amoremq; reciprocum testantium;  
Theodor. Lehman/ F. M. Sponsæ } }  
Andreas Schmid/ Freib. Misn. Veneris, utriq; de felicitate, ipsius ope consecuta, Epico gratulantiu;

Gottfried Kiedel/ Freibergens. Misnicus auritæ, Deæ, buccina ex officina Virgilij hanc Constellationem ebuccinantis;

Sebastian Gottfried/ τὸ πρῶτον Sebast. Godofr. Starcken/ Fil. Europæ, suos-filios adhortantis;

Wilhelm Linse/ Freib. Misn. Galli

Johann August Beucher/ Freib. M. Hispani

Elias Krig/ Crotendorpio Misn. Angli

Christoph Eckhard/ Saida-Misn. Itali

Martini Alberti/ Geida-Misn. Germani

Benjamin Starcke/ Burckardo-waldo-Misn. Dani

Joh. Heinrich Köppler/ Gressla-Bob. Misnici

Abraham Engel/ eubsdorpio-Misn. Aethiopsis

Johann Georg Trautmann/ Apollinis sive Phœbi, odâ Germanica, (Ariam vocant) voce canora instrumentiq; musicis immista Freibergam alloquentis, simulq; cum cæteris gratulantis;

Benedictus Georgi, Swarzenbergâ-Misn.

Heinrich Eckhard/ Saida Misn.

Angelorum tutelarium odâ ibid. Germanicâ pariratione ut Apollo, cantando officia novis nuptiis offerrentium.

Claudit deniq; qui inceperat.

hac serie se sistent, quibus commodum est, videant, audiant.

dedit à Muséo die IXBR. A. O. R.

clb lbc LXII.

F I N I S.

2-

No-  
ces

pi-  
ri-  
eci-  
m;  
dico

anc

lios

No-  
tali  
ffe-  
in-

vo-  
en-

nicá  
ovis

V017






Ms. 40, 11

Vc  
2522

CHRIST  
Brand

LIOTHECA  
ICKAVIANA  
konicae,  
ut SOPHIAE,



UNIVERSITÄT-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

